

Mythologia, Venise, 1567 - X [108] : De Scylla

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[108\] : De Scylla](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII

[Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 12 : De Scylla & Charybdi](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[108\] : De Scylle & de Charibde](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[108\] : De Scylle & de Charibdis](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - X [108] : De Scylla, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 01/12/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1048>

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,
Res/4 Ant. 50

Formatin-4
Langue(s)Grec ancien
Pagination303v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Scylla](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière
modification le 25/11/2024

Mythologiæ

moderaretur, eamque pro opportunitate negotiorum, cum res ita postularet, simulare cognouerit. Nam vel ex hac ipsa morum varietate nomen illud obtinuit. His præterea accedebat, quod nihil omnino carere moderatore poterat; quando vel leuissimi venti suum habebant gubernatorem ac Deum.

De Sylla.

ATQVE, ut paucis complectar, illud tandem demonstrarunt antiqui, quod in Ethicis scribit Aristoteles, virtutem esse mediā inter duos extrema, quorum extremorum vtrunque est vitium. Nam cum ex altera parte Scylla, ex altera Carybdis grauissima monstra in Siculo mari nauigantibus sint deuitanda, mediumque iter inter vtrunque tenendum, is tandem incolumis euadit, qui neutram in partem magis declinauerit. Cum enim vita mortaliū sit tanquam longa nauigatio, in qua permultæ occurrunt difficultates, multæque variorum monstrorum illecebræ, neque difficultatibus, neque illecebris cedendum est, sed omnibus moderatio adhibenda; cum neque assiduam seueritatem, neq; assiduam mollitiem vita hominis possit perferre.

De Oriōne.

TVM rursus ut explicarent antiqui generationem elementorum, & ventorum, & eorum, quæ sunt in sublimibus, Orionē trium patrum filium introduxerunt. Est enim orion ventorum & pluuiarum & fulminum ac tonitruum materia. Nam rerum omnium semina in mari continentur, quia sunt elementa omnia in omnibus, manifestius autem in mari, quod aqua magis sensu percipitur, cum accipit mutationem. Vis Apollinis vapores ex aqua excitat, eosque extenuans non sine quodam spiritu innato, in aera extollit. Iupiter, quod aer sit, patuit. Ut vero supernatantem materiam esse demonstrarent, Orionem impetrasse à patre fabulati sunt, ut super aquas incederet. Hæc materia in aera diffunditur; atque cum Orion ibi conetur Aeropem violare extra regionem elicitur priuatus lumine; necesse est enim vapores per aera pertransire, & ad summam partem accedere, per quem locum diffusa & dilatata materia imbrum & exteriorum ignis primam vim sentit paulatim deficere. Sic igitur ad significandum circulatē elementorū motum & generationem hunc excipi à Vulcano dixerunt, & ad solem proficisci, mox reuerri in Chiū; quia vapores per calorem attracti sursum feruntur; mox ab antiperistasi siue à circūstati frigore in suprema, ad quam peruenire possunt, aeris regione rursus coacti in pluuias funduntur. quod quoniam sit per vires lunæ, fabulati sunt Orionem ausum fuisse Dianam attingere, & idcirco sagittis ab illa fuisse confossum. Videntur enim nobis vapores lunam attingere, cuius vis est tanquam fermentum in pluuiis concitandis, & cogendis vaporibus, veluti reliqui planete vim eius adiuvāt aut impediunt. Quod autem Orion materia credita sit imbrum, vel illud est argumento; quod, cū in signū celeste versus dicatur, nunc etiam suo exortu frequentissimas pluuias concitat, & ventos, & tonitrua, & fulmina. At Ethicē.

Gravissimas calamitates passus est idcirco Orion, quia nemini non calamitosa libido, & illegitimarum rerum cupiditas, esse potest. Deinde ad depressendam